QUANDO ET QUOMODO KANTIUM HUMIUS E DOGMATICO SOMNO EXCITAVERIT

THESIM PROPONEBAT

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

Louis DUCROS
In Facultate litterarum Burdigalensi docens.

BURDIGALÆ
EX TYPIS G. GOUNOUILHOU
VIA DICTA GUIRAUDE, 11

1883

QUANDO ET QUOMODO

KANTIUM

HUMIUS

E DOGMATICO SOMNO EXCITAVERIT

THESIM PROPONEBAT

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

Louis DUCROS

In Facultate litterarum Burdigalensi docens.

BURDIGALÆ

EX TYPIS G. GOUNOUILHOU

VIA DICTA GUIRAUDE, 11

1883

AUGUSTO GROTZ

OPUSCULUM HOC DEDICATUM VOLUIT

MEMOR ET GRATUS

L. D.

INTRODUCTIO

Cum a commentatoribus disciplinæ illius, quæ vocatur *Criticismus,* nullus locus sæpius commemoretur quam hic nobilissimus et amplissimus : « Humius me e dogmatico somno suscitavit (1) », operæ pretium mihi visum est diligenter exquirere utrum verba illa ita intellegi oporteat ut Humius kantianæ doctrinæ pater et auctor esse videatur, an Kantius, grato animo deceptus, philosopho illi quem *« inclytum præcursorem suum »* appellare solebat, laude illa singulari plus persolverit quam debuerit.

Iis igitur qui accurate definire ac perpendere conantur, quid Humius suo jure a Kantio sibi repetere possit, primum omnium quærendum est quonam tempore Kantius Humii doctrinas cognoverit ac mentis aciem in eas converterit. De eo autem tempore kantianæ philosophiæ commentatores vehementer certant : quorum, si summos tantummodo et probatissimos consideraveris, tres præcipue invenies, easque diversissimas de hac re opiniones: unam (2), eorum qui contendunt annis 1760-65 Kantium ab

(1) « Ich gestehe frei : die Erinnerung des David Hume war eben dasjenige, was mir vor vielen Jahren zuerst den dogmatischen Schlummer unterbrach und meinen Untersuchungen im Felde der speculativen Philosophie eine ganz andere Richtung gab. » (*Prolegomena. Kant's Werke Hartenstein,* 1838, Leipzig.)

(2) Kuno Fischer, *Geschichte der neuern Philosophie: Kant.* Zeller, *Gesch. der deutschen Philosophie.*

Humio ex somno excussum esse; secundam, eorum (1) qui hanc rem quinquennio 1765-70 contigisse dicunt; tertiam denique, eorum (2) qui anno 1772 id factum esse confirmant.

Nobis, postquam auctorum illorum argumenta diligenter scrutati sumus, propositum est peculiarem et, si licet, ab eorum sententiis aliqua ex parte discrepantem opinionem hoc opusculo profiteri.

I

Quo tempore Kantius Humium legere inceperit.

Ac primum, maximi esse momenti in ea re quæ in causa est hoc mihi videtur, quod Humii opus, quod inscribitur *Essays*, a Sulzerio anno 1755 in germanicam linguam translatum est (3). Num fieri potuit ut præclarus ille liber, postquam translatus est, Kantium, tunc in Königsbergia Academia privatim docentem, quem tradunt maximum numerum ac præcipue philosophicorum librorum legisse, diu fugerit? Id nobis, etiamsi nullum aliud testimonium adesset, eo minus verisimile esse videtur, quod constat Kantium paucis annis post (1759) ab amico suo, *Hamanio*, quanti liber ille habendus esset, admonitum esse : « En atticus Humius, inquit, quamvis erret, tantum inter philosophos eminet quantum Saül inter prophetas. » Illum autem præconem Humii doctrinæ et Kantius ipse magni faciebat et plurimi habebant vel brevi habituri erant Fredericus Henricus Jacobius atque Herderius, vir ille doctissimus, qui eum ut magistrum suum colebat. Quidquid de eo homines nostræ ætatis sentiunt, nemo tamen negabit æquales ejus ab eo magnopere stimulatos et in novas vias adactos esse, neque quisquam dubitabit quin Kantium ipsum pari modo excitare et ejus mentem, si etiamtum eguisset, ad Humium advertere potuisset.

Quid vero, si scriptorum testimonium adhibuerimus, qui comprobant illo ipso anno 1759, Humii scripta Kantio non ignota aut ab eo neglecta esse, nonne res manifesta erit? Atqui duo nobis præsto sunt auctores gravissimi, *Borowskius* et *Herderius*.

(1) Paulsen, *Versuch einer Entwicklungsgeschichte der Kantischen Erkenntnisstheorie*. Leipzig, 1875.

(2) Erdmann, *Prolegomena*. Leipzig, 1877.

(3) Kantius laudat hanc translationem in suis *Prolegomenis*.

Quorum ille in libro, quem de Kantii vita edidit (pagina 170), his verbis utitur : « Annis illis quibus in numero discipulorum ejus eram (annos dicit quibus Kantius ad philosophiam edocendam se conferre cœperat) ei Hutcheson et Humius, ille in officiorum studiis, hic in altioribus philosophiæ disputationibus cari acceptique fuerunt. Ab Humio præsertim ingenio ejus novæ vires additæ sunt. Nos hortabatur ut diligentissime domi utrique scriptori operam daremus. » — (In den Jahren da ich zu seinen Schülern gehörte, waren ihm Hutcheson und Hume, jener im Fach der Moral, dieser in seinen tieferen philosophischen Untersuchungen, ausnehmend werth. Durch Hume besonders bekam seine Denkungsart einen ganz neuen Schwung. Er empfahl diese beiden Schriftsteller uns zum sorgfältigsten Selbststudium. (*Darstellung des Lebens und Charakters Kant's*, S. 170.)

Cum vero ea verba non solum quinquaginta annis peractis ex quo Kantium docentem audierat, sed etiam editis jam Prolegomenis in quibus Kantius Humium magnis laudibus extollebat, scripta sint, facile adducimur ut concedamus fidem hujus auctoritatis imminui; penitus illam erui, ut nonnulli (1) voluerunt, negamus. Duæ res enim, quantum ego intellego, auctoritatem hujus scriptoris confirmare videntur: una, quod non interdum vel casu quodam adductum Kantium sententiam quamdam aut verbum quoddam ab Humio sumpsisse dixit, sed identidem eum libris illius incubuisse eosque discipulis suis tam acriter commendavisse ut verba ejus in mentibus eorum penitus inhærerent; altera, si tempus definire et describere conamur (quod in primis in certamen venit), quod Borowskius anno 1754 Kantio de « Monada physica » disputanti adversatus est; qua re profecto fieri non potuit quin recordationes ejus renovarentur aut in ordinem redigerentur.

At alterum jam testem proferamus, Herderium, qui, cum annis 1762-64 Kantii discipulus fuisset, in epistolis suis « de humani generis progressu » confirmat Kantium eadem mentis acie qua Leibnitzii, Humii doctrinas perpendisse. — Mit eben dem Geist, mit dem er Leibnitz... Hume prüfte (*Herder's Werke. Phil. und Gesch.*, Bd. XIV, S. 47). Quod si insequentes anni (1765-66) perlustrantur, nonne constat Kantium tum in ethicis

(1) Paulsen, *Versuch einer Entwickelung*, p. 48.

suis lectionibus empiricam Humii veritatis investigandæ rationem usurpasse eamque jam suam fecisse? « Die Versuche des Shaftesbury, Hutcheson und Hume, welche, obzwar unvollendet und mangelhaft, gleichwohl noch am weitesten in der Aufsuchung der ersten Gründe aller Sittlichkeit gelangt sind, werden diejenige Präcision und Ergänzung erhalten, die ihnen mangelt... (1) » Quamobrem si quis hæc omnia testimonia colligere et æqua mente interpretari voluerit, ei certum compertumque jam erit ante annum 1760 Humium a Kantio lectum et fortasse lectitatum esse.

II

Quodnam Humii opus primum cognoverit.

Quodsi quæritur quibus Humii operibus Kantius operam dederit, sine ulla dubitatione confirmari potest non omnes illius libros, sed eum tantummodo qui inscribitur « Essays » Kantio in manus incidisse. Nam et hunc librum solum Sulzerius transtulerat et Kantius, si linguæ anglicæ non omnino rudis fuit, at certe illam non adeo edoctus fuisse videtur ut anglicos scriptores facile et utili modo legere posset. Nonne Kantius ipse, vel inscius, confitetur Humii « Treatrise » sese ignorasse cum hujus philosophi opinionem de mathesi et de principio causalitatis exponit? Num tam falsam, tam parum cum Humii disciplina congruentem mathematicam doctrinam ei tribuisset si librum illum (Treatrise) cognovisset? Num ullo pacto fieri potuit ut Kantius, omissa Humii doctrina, causæ notionem depromeret, et ejus affinitatem cum substantiæ notione tanquam ab ipso repertam ederet, cum Humius in « Treatrise » duas illas ideas eodem loco ponat et quasi cognatione quadam conjunctas pertractet?

Si igitur et ea quæ alii auctoritate sua ac testimonio confirmaverunt et ea quæ conjectura adducti cognovimus ipsi, diligenter contulerimus, jam ad hanc conclusionem facile adducemur: Kantius Humium, Humii vero nullum aliud nisi opus illud quod « Essays » vocatur ante annum 1760 cognovit.

(1) Nachricht von der Einrichtung der Vorlesungen im Winterhalbenjahre 1765-1766 (*Hartenstein's Ausg.*, I. 106).

III

Quid Kantius ex hoc Humii opere (Essays) deprompserit.

Ad alteram jam quæstionem animum vertamus et Kantii ipsius libris evolvendis videamus utrum novam aliquam doctrinam ex Humii scriptis hauserit et sibi adsumpserit, an pedibus in eorum sententiam nos ire oporteat qui negant, in libris quos Kantius hoc tempore (circa 1760) ediderit, vestigia ulla inesse, quibus appareat eum Humii studiosum fuisse.

Constat inter omnes commentatores Kantium post annum 1760 de dogmatica philosophandi ratione deflexisse et continuam seriem scriptorum edidisse quæ *empiricis* propositis intermixta sunt. At quomodo in sententias illas, a superiore kantiana ratione abhorrentes, philosophus noster incidit? Nos quidem persuasum habemus Kantium imprimis duce Humio novam hanc viam indagavisse, quanquam id ii negant qui contendunt Kantium usque ad annum 1770, cogitationes suas philosophicas omnino a se ipso petivisse et, quod ad hæc *empirica* opera attinet, tantummodo opinionem quamdam anteriori *Dissertationi* quasi furtim insertam per consequentias evolvisse.

Primum omnium ipsam Dissertationem, quæ vocatur « Principiorum primorum cognitionis metaphysicæ nova Dilucidatio » 1755, perlustrantes videamus num ei semina quædam insita sint e quibus empirica illa opera post annum 1760 exortura essent. Nobis videntur historiarum scriptores Dissertationem non satis liquida atque attenta mente perpendisse nec de ea satis libere locuti esse. Ex ea nobis id solum depromendum est quod ad proposita nostra spectat, hoc vero ipsum aliter ac ceteri intellegimus. In « novæ Dilucidationis » sectione secunda [1] Kantius *principium rationis determinantis,* quo diligentius perpendeat, in duas partes vel rationes explicat, sive ratio « antecedenter, sive consequenter determinat. *Antecedenter* determinans est, cujus notio præcedit determinatum, h. e. qua non supposita determinatum non est intellegibile. *Consequenter* determinans est, quæ non poneretur, nisi jam aliunde posita esset notio, quæ ab ipso

[1] *Hartenstein's Ausg.*, III, 10.

determinatur. Priorem rationem etiam rationem *cur*, s. rationem essendi vel fiendi vocare poteris, posteriorem, rationem *quod*, s. cognoscendi ».

Hæc est illa rationum determinantium distinctio quam æquales nostri (1) tam magnopere extulerunt et ex qua, velut e fertilissimo quodam « semine » (2), cujus non satis ratio habita sit, novas posteriorum operum (1760-63) sententias ortas esse contendunt. Nos vero fatemur in Dissertatione, kantiani in empiricam philosophiam transitûs ne principium quidem invenisse. Quodsi penitus investigaveris quid sibi velint hæ duo rationes determinantes, ita eas distingues : Ratio consequenter determinans plus valet quam mera cognitio rei aut, ut ait scriptor quidam maximæ auctoritatis (3), quam « una experientia ».

Cognitio quidem est, sed ejus generis ut tantum possibilis sit supposita jam altera notione ex qua pendeat et quam consequenter velut comprobet. Exempli gratia « phenomena satellitum jovialium successivum lucis motum probantia supponunt hoc ipsum lucis ingenium, sine quo ita contingere non possent, ideoque consequenter tantum hanc veritatem determinant » (4). Quæ vero sit ratio antecedenter determinans imprimis ad propositum nostrum attinere videtur.

Primum videtur ratio antecedenter determinans haud mera notio sed causa rei esse, quippe quæ quodam loco « ratio genetica » fiat. Sed altius rem perscrutemur. Quæ et qualis tandem sit hæc « ratio genetica », in quam ratio ipsa determinans reduci potest, quæramus. Nonne apparet eam nihil aliud esse ac quamdam plane demonstrabilem notionem? Demonstratur autem principio contradictionis vel identitatis; nam determinare, ut ait Kantius ipse (cum de notione antecedenter determinante loquitur), nihil aliud est nisi « ita ponere ut omne oppositum excludatur... Excluditur autem prædicatum, cui ab alia notione posita repugnatur, vi principii contradictionis (5). »

(1) Kuno Fischer, *Gesch. der neuern Philosophie, Kant*, 150; Paulsen *(Versuch)*, p. 63; Nolen, *La critique de Kant et la métaphysique de Leibnitz*, p. 80.

(2) Kuno Fischer, 153.

(3) Paulsen, p. 32 : « Sie ist nichts anderes als die blosse Wahrnehmung, experientia ».

(4) *Nova Dilucidatio*, Hart., p. 11.

(5) *Nova Dilucidatio*, Hart., p. 12.

Perspicuum est ubique in « Nova Dilucidatione » de meris notionibus agi, ubique in logico dogmate nos versari. Erret profecto qui duas rationes determinantes, unam *causæ*, alteram *principio* respondere existimet et ex ratione antecedente principium *realitatis*, ex consequente solum firmamentum *veritatis* trahere velit. Ambæ vero rationes natura logicæ sunt, ambæ, non ad nescio quam realitatem, e rebus externis pendentem, sed ad veritatem menti insidentem pertinent; « in omni autem veritate est quiddam quod excludendo prædicatum oppositum veritatem propositionis determinat (1). »

Falso illi hæc verba interpretantur, qui existimant Kantium jam in « Nova Dilucidatione » exsistentiam a veritate segregavisse, cum exsistentiam in logicam veritatem resolvere pergat. « Ratio enim (non experientia) ex indeterminatis efficit determinata » (p. 10). Est autem in Dissertatione locus quidam qui conclusioni nostræ repugnare videtur, nam in eo latent, si commentatoribus plerisque assentimur, quasi præmissa principia kantianæ in empiricum modum mutationis. Nobis igitur liceat locum illum, quo Kantius cartesianum argumentum de Dei exsistentia refellit, ad verbum referre : « Ita procedit argumentatio : si in ente quodam realitates omnes sine gradu unitæ sunt, illud exsistet; si unitæ tantum concipiuntur, exsistentiæ quoque ipsius in ideis tantum versantur. Ergo ita potius informanda erat sententia : notionem entis cujusdam nobis formantes, quem Deum appellamus, eo modo illam determinavimus, ut exsistentia ipsi inclusa sit » (p. 14).

His verbis, fateor, videtur Kantius rei, scilicet Dei, exsistentiam a notione segregare; sed si id plane et aperte fecisset, nonne hoc modo ei concludendum erat? Ut nostra Dei notio vera sit, non ideo verum est Deum exsistere. Aliam vero eamque contrariam conclusionem affert : « Si vera igitur præconcepta notio, verum quoque illum exsistere » (p. 14). Nonne hac omnino inexspectata conclusione liquet Kantium et hoc tam laudato loco in dogmatica philosophandi ratione mansisse? ei enim id unum exsistit quod verum est, exsistentia una eademque res habetur ac veritas. Haud aliter tum loquebatur magister Kantii, Knutzenius, aut quivis Wolfianæ scholæ alumnus.

(1) *Ibid.*, p. 12.

Unicuique hujus dogmaticæ scholæ discipulo res nihil aliud erant nisi exsistentes notiones, ordo et connexio idearum unum et idem erat ac ordo et connexio realitatum; ut subjectum cum substantia ipsa, ita attributum cum accidente ab illis permisceri solebat. Kantius igitur cum æqualibus sentiebat, cum rationem a causa non plane secerneret et realitates ipsas e logicis principiis continua serie consequentium notionum deduceret. Si Dogmatismus, ut ait H. Jacobius in Annalibus (II, 393), is est ut « notiones cum realitatibus permisceat et in ideis res sese invenisse putet », quis neget Kantium anno 1755 intus et in cute dogmaticum philosophum permansisse? Novas autem, scilicet *criticas* vias ingredi non ante poterat, quam ab isto, ut ita dicam, logico *Realismo* discedere ausus esset. Meo judicio circa annos 1762-63 sese e vinculis veterrimæ hujus philosophiæ liberavit.

IV

Kantium Humio duce jam anno 1762 in empiricam doctrinam flexisse.

Secundum scholastica illius ætatis decreta, quidquid non demonstrabile est, non est. Atqui cum hoc antiquo stabilique dogmate confer quæ Kantius anno 1762 scripsit : « Humana mens abundat haud demonstrabilibus judiciis. » (Die menschliche Erkenntniss ist voll solcher unerweislicher Urtheile) [1]. Illud profecto est vere novum et inauditum in superioribus Kantii operibus; in illa re cum « Nova Dilucidatione » discrepat « Falsa subtilitas scholasticarum quatuor Figurarum. » Quid vero inter illam et hanc dissertationem intercidit? Kantius Humii opera legit et ex eo fonte gravissimam hanc novamque sententiam hausit. Quod certe tibi manifestum videbitur, si hos locos, unum ex anglico, alterum ex germanico philosopho excerptos accurate comparaveris.

KANT.	HUME.
Alle Urtheile, die unmittelbar unter den Sätzen der Einstim-	Alle Vernunftschlüsse können in zwo Gattungen einge-

(1) *Die falsche Spitzfindigkeit der vier syllogistischen Figuren.* 1762, ed. Hart., I, 18.

mung oder des Widerspruchs stehen, das ist, bei denen weder die Identität, noch der Widerstreit durch ein Zwischenmerkmal (mithin nicht vermittelst der Zergliederung der Begriffe), sondern unmittelbar eingesehen wird, sind unerweisliche Urtheile; diejenigen, wo sie mittelbar erkannt werden kann, sind erweislich. Die menschliche Erkenntniss ist voll solcher unerweislicher Urtheile. Vor jeglicher Definition kommen deren etliche vor, sobald man, um zu ihr zu gelangen, dasjenige, was man zunächst und unmittelbar an einem Dinge erkennt, sich als ein Merkmal desselben vorstellt. Diejenigen Weltweisen irren, die so verfahren, als wenn es gar keine unerweislichen Grundwahrheiten ausser einer gäbe. Diejenigen irren eben so sehr, die ohne genugsame Gewährleistung zu freigebig sind, verchiedene ihrer Sätze dieses Vorzugs zu würdigen (*Von der falschen Spitzfindigkeit der vier syllogistischen Figuren*, ed. Hartenst, p. 18).

theilt werden; nämlich in beweisende, oder solche welche die Beziehungen der Begriffe betreffen; und in sinnliche oder wahrscheinliche Vernunftschlüsse, nämlich solche, welche geschehene und wirklich vorhandene Dinge betreffen..... Kann je ein verständlicher Satz seyn, als zu bejahen, dass alle Bäume im December und Jenuer blühen, und in May oder Brachmonat verwelken? Nun, was immer verständlich ist, und deutlich begriffen werden kann, das schliesst keinen Widerspruch in sich und kann niemals durch einige beweisende Gründe oder abgezogene Vernunftschlüsse à priori als falsch bewiesen werden (*Philosophische Versuche über die menschliche Erkenntniss von David Hume, Ritter, nach der zweiten vermehrten Ausgabe aus dem Englischen übersetzt*, Hamburg und Leipzig, bei C. Grund und G. Holle 1755, 2ter Theil, p. 82) (1).

KANTIUS.

« Omnia judicia quæ directe principiis unitatis vel contradictionis submissa sunt, id est, in quibus neque consensus neque oppositio medio termino, sed directe inspiciuntur, sunt haud

(1) Hæc est Sulzerii translatio qua Kantius Humium cognovit.

demonstrabilia judicia ; ea autem quæ medio termino cognosci possunt sunt demonstrabilia. Humana cognitio abundat iis haud demonstrabilibus judiciis. Quorum multa quamque definitionem anteeunt quoties, qui eam quærit, id quod ad rem quamdam attinere videt ejusdem rei attributum esse profitetur. Errant ii sapientes qui perinde agunt ac si unum esset haud demonstrabile principium. Pariter errant qui tam liberales sunt ut etiam deficiente testimonio hanc dignitatem quibusdam sententiis suis condonent.

HUMIUS.

Omnia argumenta in duo genera dividi possunt, ea scilicet argumenta quæ demonstrant, id est, quæ ad relationes sententiarum spectant, et ethica vel verisimilia argumenta quæ ad facta vel res exsistentes pertinent. Estne sententia quam facilius intellegas quam quæ asserit arbores decembri et januario florescere, maio autem et junio marcescere? Quidquid autem intellegi et liquide percipi potest in se nihil habet quod repugnet, et nullo demonstrante aut abstracto et a priori argumento ut falsum demonstrari potest. »

V

Qua via Kantius ab Humii doctrina ad Criticismum evaserit. — Humii Kantiique consentaneæ opiniones de haud demonstrabilibus judiciis et de causa.

Si scripta illius anni 1762, quo jam in limine empiricæ philosophiæ Kantius stabat, pertractaveris, facile comperies Dissertationem de « falsa subtilitate » cum Humii « Essays » tribus magni momenti rebus congruere :

I. — Utrique philosopho, ut supra diximus, plurima ejusmodi sunt judicia quæ demonstrari non possint.

II. — Hæc idcirco demonstrari non possunt, quod inter subjectum attributumque medius terminus deest :

KANT.

Alle Urtheile... bei denen weder die Identität, noch der

HUME.

Die Verknüpfung zwischen diesen Sätzen ist nicht aus-

Widerstreit durch ein Zwischenmerkmal...... eingesehen wird, sind unverweisliche Urtheile.

chauend. Es wird hier ein Mittelsatz erfordert... Welches dieser Mittelsatz sei, übersteigt meinen Begriff, ich muss es gestehen; und es liegt denjenigen ob, denselben zu zeigen, welche behaupten, dass er wirklich vorhanden, und der Ursprung aller unserer Schlüsse in Ansehung geschehener Dinge sei (*Ibid.*, p. 81, traduct. Renouvier et Pillon, p. 421).

KANTIUS.

« Omnia judicia in quibus neque identitas neque contradictio per medium terminum perspici potest sunt haud demonstrabilia.

HUMIUS.

Ambarum sententiarum non possumus nexum intueri. Fateor, quis sit hic medius terminus intellegere nequeo. Ostendant illi qui eum non modo exsistere sed etiam principium esse contendunt omnium argumentorum de rebus. »

III.—Eadem judicia, quamvis principio contradictionis non probentur, non tamen ei repugnant, et ex eo nihil adjumenti habent.

Quid « Rationis puræ » scriptor ex his tribus sententiis, quæ Humio et ipsi communes sunt, paulo post ducturus sit, postea demonstrabitur. Nunc vero ad hanc solam illarum doctrinarum consequentiam animum vertamus : cum tam numerosa sint haud demonstrabilia judicia, constat ad investigandam veritatem non multum valere scholasticam illam cui nihil verum sit nisi quod demonstratur. Itaque in vana illa mendacique scientia irridenda relegandaque miro modo consentit cum Humio « falsæ subtilitatis » scriptor.

KANT.

Die wissenswürdigen Dinge häufen sich zu unseren Zeiten. Bald wird unsere Fähigkeit zu

HUME.

Wenn wir, von diesen Grundsätzen überzeugt, die Büchersäle durchgehen, welche Ver-

schwach, und unsere Lebenszeit zu kurz sein, nur den nützlichsten Theil daraus zu schaffen. Es bieten sich Reichthümer im Ueberflusse dar, welche einzunehmen, wir manchen unnützen *Plunder* wieder wegwerfen müssen. Es wäre besser gewesen, sich niemals damit zu beschäftigen.

Ich würde mir zu sehr schmeicheln, wenn ich glaubte, dass die Arbeit von einigen Stunden vermögend sein werde, *den Koloss umzustürzen,* der sein Haupt in die *Wolken des Alterthums* verbirgt und *dessen Füsse von Thon sind.* Meine Absicht ist nur, Rechenschaft zu geben, weswegen ich in dem logischen Vortrage, in welchem ich nicht Alles meiner Einsicht gemäss einrichten kann, sondern Manches dem herrschenden Geschmack zu Gefallen thun muss, in diesen Materien nur kurz sein werde, *um die Zeit, die ich dabei gewinne, zur wirklichen Erweiterung nützlicher Einsichten zu verwenden.* (Ed. Hart., p. 14.)

heerung müssen wir nicht anrichten?

Wenn wir irgend einen Band, zum Exempel von *Schultheologie* oder *Metaphysik,* in die Hand nehmen, so lasset uns fragen : enthält es einige abgezogene Vernunftschlüsse in Ansehung der Grösse oder der Zahl? Nein. Enthält es Experimentalvernunftschlüsse, in Ansehung geschehener oder wirklicher Dinge? Nein. Schmeisset es denn ins Feuer; denn es kann nichts enthalten, als falsche und betriegliche Schlüsse und Verbindungen. (*Ibid.,* p. 372, Renouvier et Pillon, p. 577.)

KANTIUS.

« Nostris temporibus magna copia est rerum dignarum quas sciamus. Mox facultas nostra infirmior atque ætas nostra brevior erit quam quæ utilissimam earum partem sibi comparet. Abundant divitiæ, quas ut acquiramus, permultas res inutiles ejicere nos oportet. Satius erat nunquam ad eas animum nostrum conferre.

Mihi multa arrogarem si crederem paucarum horarum contentione me effecturum esse ut immanem illam statuam everterem cujus caput nubibus antiquitatis conditur, pedes autem fictiles sunt. Mihi tantum propositum est rationem reddere cur in Dissertatione logica in qua non omnia secundum consilium instituere possum sed multa aliorum arbitrio mihi accommodanda sunt, breviter de his rebus dicturus sim, ut tempus ita comparatum ad cognitiones vere utiles augendas adhibeam.

HUMIUS.

Quæ si nobis persuaserimus, bibliothecam perlustrantes, quam librorum stragem faciemus! Ut si volumen quoddam de theologica scholastica aut de metaphysica manibus versabimus, licet quæramus : utrum abstractas quasdam conclusiones habet de spatio, de numero? — Non habet. An concretas et usu probatas rationes habet de eis rebus quæ gestæ sint aut quæ vivant? — Non habet. In ignem igitur injicite; nihil enim aliud in eo inesse potest nisi fallaces et captiosæ conclusiunculæ ac conjecturæ. »

Nobis quidem manifestum est Kantium in hac via quam liber qui inscribitur «Essays» patefecerat et diutius et diligentius quam quod plurimorum opinio fert Humii vestigia secutum esse. Humio, ut supra diximus, haud demonstrabilia esse videntur judicia, quoties e principio contradictionis elici non possunt; quippe quibus contraria, ut ipse ait, possibilia sint judicia. (Weil es keinen Widerspruch in sich schliesst, dass der Lauf der Natur sich ändern könne, und dass Gegenstände, die denjenigen gleich scheinen, die wir erfahren haben, mit verschiedenen oder *widrigen* Wirkungen begleitet sein können, kann ich nicht klar und deutlich begreifen, dass ein aus den Wolken fallender Körper, welcher, in allen andern Betrachtungen, dem Schnee ähnlich ist, doch den Geschmack des Salzes oder das Anfühlen des Feuers habe? (*Ibid.*, p. 82).

Humius duo plane diversa genera *oppositionum* instituit, quas quo certius distinguamus, *logicas realesque* vocare liceat. Duo judicia *logice* opposita sunt, cum altero admisso alterum, secundum principium contradictionis, excluditur; *re* sunt opposita

aut esse videntur cum ambo, quamvis contraria, mente admitti possunt. Hæc vero cum e principio identitatis non pendeant, sane interrogabis : quo signo alterutrum ita vincit ut fidem sibi conciliet? quoties rationem, non logicam, sed realem invenies quam huic aut illi judicio supponas. Hæc peculiaris generis ratio *causa* vocatur (Humius, *Essays*, passim).

Jam si Kantii opus quod tam cito «Falsitati» successit (*Versuch den Begriff der negativen Grössen in die Weltweisheit einzuführen* 1763), perlegeris, hæc præcepta miraberis a superiore philosophandi consuetudine plane abhorrentia : oppositiones sunt sive *logicæ* sive *reales*, prout principio contradictionis nituntur aut non. Si duas res *logice* oppositas in una eademque sententia conjungere coneris, ad id unum pervenies quod Kantius hisce verbis significat : nihil negativum irrepræsentabile « die Folge dieser logischen Vernüpfung ist gar Nichts », (Hart. I, p. 25).

Altera (realis) oppositio ejus modi est ut duo prædicata ejusdem rei opposita sint, sed non ex principio contradictionis. Quod uno prædicato ponitur altero tollitur; quod autem ex hac oppositione sequitur est cogitabile (¹).

Kantius ipse, ut rem exemplo declaret, corpus profert in oppositas regiones a contrariis paribusque potentiis tractum; «quod sequitur, quies scilicet, est aliquid repræsentabile», «Die Folge davon ist die Ruhe, welche Etwas (repræsentabile) ist.» (Hartenst, I, p. 25).

Humius autem in superiore loco (p. 13) eadem dicebat de judiciis quæ ad res exsistentes pertinent (Solche, welche wirklich vorhandene Dinge betreffen).

Sed hæc judicia, quanquam non e principio identitatis emanant, ipsa necesse est rationem habeant cum nihil sine ratione eveniat. Et Kantius eis attribuit rationem, eamque realem (Realgrund) quæ *primum* in illa Dissertatione nihil aliud ei est quam causa.

Jam si locos illos e duabus proximis dissertationibus excerptos attente compones, Kantium reperies cogitationes suas, sive cons-

(¹) Die zweite Opposition, nämlich die reale, ist diejenige, da zwei Prädicate eines Dinges entgegengesetzt sind, aber nicht durch den Satz des Widerspruches. Es hebt hier auch Eins dasjenige auf, was durch das andere gesetzt ist; allein die Folge ist Etwas (cogitabile). Hartenst, p. 25.

cius est sive nescit, certa via perduxisse, quæ ad *Criticismi* limen tendit. Ex illis judiciis haud demonstrabilibus, quæ jam primum in « Falsitate » apparuerunt, in « Negativis magnitudinibus » ratio realis, sive causa facta est. Quis autem hæc non demonstrabilia judicia primus posuerat? quis eadem ad causam primus redegerat? Minime dubium est nullum philosophum quantum valeat notio causæ ad acquirendam cognitionem rerum planius perspexisse Humio, cujus opus (Essays) miris de illa notione disputationibus abundat.

Quantum Kantius Humio debeat apparebit, si non modo sententias sed verba ipsa utriusque compones.

KANT.

Was nun diesen Realgrund und dessen Beziehung auf die Folge anlangt, so stellt sich meine Frage in dieser einfachen Gestalt dar : wie soll ich verstehen, dass, weil Etwas ist, etwas Anderes sei?..... Der göttliche Wille enthält den Realgrund vom Dasein der Welt. Der göttliche Wille ist Etwas. Die existirende Welt ist *etwas ganz Anderes*. (*Versuch*. Hartenst., p. 60).

HÜME.

Niemals kann es gelingen, durch die allergenaueste Erforschung und Untersuchung die Wirkung in der vorgegebenen Ursache zu finden. Denn die Wirkung ist von der Ursache gänzlich unterschieden, und folglich kann sie in derselben nicht entdecket werden. Bewegung in der andren Billiardkugel ist eine vollkommen unterschiedene Begebenheit von Bewegung in der ersten; und es ist im geringsten nichts in der einen, das uns auch nur den kleinsten Wink von der andern geben könnte (*ibid.*, p. 72, edit. Renouvier, p. 414).

KANTIUS.

« Quodsi causam realem ejusque relationem ad consequentiam perscrutamur, investigatio illa his angustis finibus continetur; qui fieri potest ut intellegam rem quamdam esse quod alia quædam res sit? Dei numen causam realem continet cur mundus sit; at longe aliud est Dei numen atque mundus.

HUMIUS.

Nemo est qui, quamvis acriter inquirat, in præcedente causa effectum inveniat, quod effectus a causa plane differt neque profecto ex ea repeti potest. Si pila pila impellitur, motus alterius omnino a motu alterius discrepat, neque quidquam in altera est quod ad alteram pertineat. »

En certum Ariadnæ filum Kantii manibus ab Humio traditum, quo ille e dogmaticæ philosophiæ labyrintho ad *Criticismi* lucem evadere potuit.

Uterque negat principium contradictionis ad omnem cognitionem comparandam valere; uterque, ad id negandum, haud demonstrabilibus judiciis nititur; uterque hæc ad causalia judicia refert. Quæ cum ita sint, exspectandum est quoque utrumque veterem illam metaphysicam, quæ principio contradictionis tam abusa sit, derisurum esse, nec exspectatio illa deluditur. In Kantii opere quod anno 1763 scriptum est id legimus : « ... muss man sich auf den bodenlosen Abgrund der Metaphysik wagen. Ein finsterer Ocean ohne Ufer und ohne Leuchtthürme ... (*Beweisgrund zu einer Demonstration des Daseins Gottes. Vorrede.* Hart. VI. 14).

« Immensam altitudinem metaphysicæ adire si ausus eris, in turbido mari sine littore et pharo jactaberis. »

In posteriore opere (1764) : « Die Metaphysik ist ohne Zweifel die schwerste unter allen menschlichen Einsichten ; allein es ist noch niemals eine geschrieben worden. » (*Untersuchung über die Deutlichkeit der Grundsätze der natürlichen Theologie und der Moral.* Hart. I, 74).

« Metaphysica sine dubio difficillima est omnium rerum quæ humano consilio agitantur ; scriptam vero nullam adhuc habemus. »

Nihil vero acerbius de metaphysica dici potest quam quod in opere 1766 composito legimus : « Ich weiss auch nich, ob selbst gewisse Philosophen gänzlich von dieser harten Bedingung frei sein wollen, welche so fleissig und vertieft ihre metaphysischen Gläser nach jenen entlegenen Gegenden hinrichten und Wunderdinge von daher zu erzählen wissen ; zum Wenigsten missgönne ich ihnen keine von ihren Entdeckungen ; nur besorge ich, dass ihnen irgend ein Mann von gutem Verstande und wenig Feinigkeit

ebendasselbe dürfte zu verstehen geben was dem Tycho de Brahe sein Kutscher antwortete, als jener meinte, zur Nachtzeit nach den Sternen den kürzesten Weg fahren zu können : guter Herr, auf den Himmel mögt ihr euch wohl verstehen, hier aber auf der Erde seid ihr ein Narr (*Träume eines Geistersehers*. Hart. III 75).

« Neque mihi exploratum est num ii philosophi a dura illa conditione in libertatem sese vindicare putent qui tam diligenter et acute oculos suos ad remotas illas regiones vertant ac miracula monstraque sese perspexisse doceant. Equidem illis non invideo ; ac tantummodo vereor ne homo nec insulsus nec urbanus id de eis prædicet quod auriga viro cuidam doctissimo, Tycho-Brahe, cum noctu stellarum figuras intuens, quæ esset brevissima via ostendere vellet, respondisse dicitur : Cælum certe exploratum habes, at in terra stultus es. »

Num his duris insolentibusque Kantii verbis minus vexatur metaphysica quam in ultima jamque a nobis citata (p. 16) pagina illius operis quod inscribitur « Essays », qua Humius in eam tam acriter invehitur?

VI

Ad easdem negationes pervenisse ambos philosophos.

Cum autem uterque philosophus contra dogmaticam rationem conspiret eique frena injicere conetur, nil mirum est hunc impetum ad easdem *negationes* evadere : uterque fines humanæ cognitioni impositos esse non modo concedit sed libenter profitetur.

Kant.	Hume.
Das methodische Geschwätz der hohen Schulen ist oftmals nur ein Einverständniss, durch unveränderliche Wortbedeutungen einer schwer zu lösenden Frage auszuweichen, weil das bequeme und mehrentheils vernünftige : *ich weiss nicht,* auf Academien nicht leichtlich gehört wird (*ibid.*, 49).	Die allervollkommenste Weltweisheit in natürlichen Dingen schiebt nur unsere *Unwissenheit* ein wenig weiter hinaus : so wie vielleicht die vollkommenste Weltweisheit von der sittlichen oder metaphysischen Art allein dienet, weitläufigere Theile unserer *Unwissenheit* zu entdecken.

Auf diesen Fuss kann die Pneumatologie des Menschen ein Lehrbegriff ihrer *nothwendigen Unwissenheit,* in Absicht auf eine vermuthete Art Wesen genannt werden (*ibid.,* p. 87).

Also ist die Bemerkung der menschlichen Unwissenheit und Schwachheit die letzte Frucht aller Weltweisheit und sie begegnet uns zu unserer Kränkung alle Augenblicke in allen Bemühungen sie zu bestreiten oder zu vermeiden (*ibid.* 75).

KANTIUS.

« Sermones isti subtilitate pleni qui in academiæ umbraculis nonnunquam exaudiuntur, nihil aliud spectare solent nisi ut variis verbis a quæstione quadam ardua declinetur ac deflectatur, propterea quod raro fit ut commodum illud ac sanum « nescio » in academiis enuntietur.

Qua ratione usi, Pneumatologiam virorum ignorantium doctrinam de ficto quodam genere animantium nominare possumus. »

HUMIUS.

« Et perfectissima sapientia rerum naturalium ignorantiæ nostræ paululum medetur; et perfectissima sapientia earum rerum quæ ad mores aut metaphysicam pertinent tantummodo ampliora spatia ignorantiæ nostræ detegit. Ergo is amplissimus fructus ex philosophia percipitur ut intellegamus quam ignari simus et quam infirma sit mens humana, isque tum maxime cum dolore nostro percipitur cum diligentissime operam damus ut eum removeamus et vitemus. »

Sed quamvis multa eorum argumenta ad hanc negativam negationem tendant, tamen inter utrumque constat *negationem ipsam prodesse :*

KANT.

Insofern ist die Metaphysik eine Wissenschaft von den Gren-

HUME.

Dieser verneinende Grund muss gewisslich, mit Verlauf der

zen der menschlichen Vernunft, und da ein kleines Land jederzeit viel Grenzen hat, überhaupt auch mehr daran liegt, seine Besitzungen wohl zu kennen und zu behaupten, als blindlings auf Eroberungen auszugehen, so ist dieser *Nutzen* der erwähnten Wissenschaft der unbekannteste und zugleich der *wichtigste*...(*ib.* 105).

Zeit, ganz und gar überzeugend werden, wenn manche scharfsinnige und geschickte Weltweise ihre Erforschungen hierauf wenden werden (*ib.*, 81).

Kantius.

« Est igitur metaphysica ea scientia quæ est de finibus rationis humanæ et quoniam parvæ regioni multi sunt fines, nostraque magis interest agros nostros plane cognoscere ac tueri quam cupide novas terras armis nobis adjungere, ille fructus ejus scientiæ quam diximus cum minime notus tum amplissimus habendus est.

Humius

Hæc negativa causa fieri non potest quin paulatim, cum acuti et prudentes philosophi ingenia ad eam investigandam converterint, plane fidem sui faciat. »

At illa ab iis metaphysicæ illata contumelia non modo eam utilitatem allatura erat ut philosophos, qui postea forent, a consuetis erroribus averteret, sed etiam graves illos obsoletæ logicæ censores coactura erat novas indagare vias. Quoniam enim logicæ isti id crimini dabant quod humanæ menti tribueret plus quam capere posset, eis ante omnia perscrutandum erat quid humana mens assequi valeat; neque fieri potuit quin Kantius viam illam ingrederetur. Nam cum non audeat metaphysicam tanto adhuc studio excultam funditus eruere aut plane amores suos ejurare (die Metaphysik, in welche ich das Schicksal habe verliebt zu sein, *ibid.* 105) tamen ei notionem earum rerum quæ supra naturam sunt eripit; cum autem una ex naturalibus

scientiis esse non possit, nihil restat nisi ut metaphysica humanæ cognitionis *critica* scientia fiat.

HUME.

Die einzige Weise, die Gelehrsamkeit ein für allemal von solchen versteckten und dunkeln Fragen zu befreien, kommt darauf an, dass man *die Natur des menschlichen Verstandes ernsthaft untersuche und durch eine genaue Entwickelung seiner Kräfte und Fähigkeiten* zeige, dass derselbe auf keine Weise für solche entfernte und dunkele Vorwürfe geschickt ist. (*Erster Versuch*, 14.)

KANT.

Die Metaphysik ist nichts Anderes, als eine Philosophie über die ersten *Gründe unserer Erkenntniss*. (*Untersuch. über die Deutlichkeit*, 74.)

Die Metaphysik ist eine Wissenschaft von den Grenzen des menschlichen Verstandes (*supra*).

HUMIUS.

« Una via est qua cognitiones nostras ex illis abstrusis obscurisque quæstionibus semel liberare possimus, nempe naturam humani intellectus penitus introspicere, unde ostendamus ejus vires facultatesque subtiliter discribendo, eum non natum esse ut tanta tamque remota et obscura moliatur. »

KANTIUS.

« Metaphysica nihil aliud est ac ratio quædam philosophandi de cognitionis humanæ principiis. Metaphysica est scientia quæ intellectus nostri fines determinat. »

HUME.

Wenn wir auch nicht weiter gehen können, als bis zu dieser *geistlichen Erdbeschreibung*, oder zu diesem Abrisse der verschiedenen Theile und Kräfte des Gemüthes... (*Erster Versuch*, 16.)

KANT.

Da ein kleines *Land* (die menschliche Vernunft) jederzeit viel Grenzen hat... (*suprà*.)

Et jam in illa «animi geographia», ut Kantii ipsius verbis utar, videamus quas cognoscendi facultates detexerit atque invenerit. Humium opinari scimus mentem humanam sola experientia omnis generis notiones adipisci. Num Kantius, dum sese ex rationalibus dogmatibus vindicat, usque eo evadit ut, Humii doctrinas secutus, experientiæ cognitionem rerum tribuat? Anno 1763 (Versuch den Begriff der negativen Grössen) id tantum negat rationem ex principiis suis ad causarum «realiumque oppositionum» notionem pervenire; sed eo ipso tempore jam præsentimus ejus mentem, totius veritatis cupidissimam, non ea negatione placatam satisfactamque fore: «Man versuche nun, ob man die Realentgegensetzung überhaupt erklären und deutlich zu erkennen geben könne, wie darum, weil etwas ist, etwas anderes aufgehoben werde, und ob man etwas mehr sagen könne, als was ich davon sagte, nämlich lediglich, dass es nicht durch den Satz des Widerspruchs geschehe.» (Hart. I, 61.)

«Quæratur ergo num oppositionis realis rationem reddere possimus et aperte exponere cur posita aliqua re alia quædam tollatur; quæratur num quid aliud dici possit ac quod ipse dixi, nempe ex solo principio contradictionis id fieri non posse.»

In eodem opere pollicetur sese novum aliquid de ea quæstione editurum: «Ich habe über die Natur unserer Erkenntniss in Ansehung unserer Urtheile von Gründen und Folgen nachgedacht, und ich werde das Resultat dieser Betrachtungen dereinst ausführlich darlegen.» (*Ib.*)

Quanquam hunc exitum (das Resultat) ejus cogitationum modo anno 1766 cognovimus, jam anno 1763 conjectura eum assequi licebat; talis enim fuit qualis ab illo qui, ut supra demonstravimus, Humii studiosissimus fuerit, exspectandus erat: «Wie etwas könne eine Ursache sein oder eine Kraft haben, ist unmöglich jemals durch Vernunft einzusehen, sondern diese Verhältnisse müssen lediglich *aus der Erfahrung* genommen werden.» (*Träume*, Hart. III, 108.)

VII

Objectiones quædam refelluntur.

Quoniam igitur documenta documentis cumulavimus quibus manifeste pateat Kantium Humio duce ex dogmatica in empiricam scholam migrasse, videamus jam ea quæ opinioni nostræ repugnant et ab eis afferri solent qui diversas partes sequuntur. Ex kantianis ante annum 1770 operibus locos illos multo labore eruunt quibus Kantius arguatur ab Humio discrepuisse. Hoc vero quis negat? Quippe et nobis compertum est Kantium, utpote dogmaticæ philosophiæ præceptis, præsertim Knutzenio docente, jamdudum imbutum, ne eo quidem tempore quo Humium maxime legerit et comprobaverit, totum empiricæ disciplinæ deditum fuisse. Scimus enim philosophum nostrum nunquam eum fuisse qui in verba magistri juraret, neque profecto nobis in animo est hoc ita confirmare ut Kantium Humii cæcum imitatorem fuisse velimus. Etiam hoc adjungimus ac fatemur Kantium in illis ipsis operibus, in quibus Humii doctrinam sequitur, quasi scholasticæ cujusdam catenæ tam longam partem secum traxisse, ut sæpe ea impeditus sit quominus cum duce suo pariter iret aut vocem ejus audiret. At vero hæc, quantumvis explorata sint, nequaquam ejusmodi sunt quæ nos celare possint quid Kantius Humio debeat aut quæ nos cogant cum historicis eis (1) sentire qui Kantium negent quidquam ab Humio mutuatum esse priusquam omnes dogmaticas suas opiniones excusserit. Ut testantur quæ scrutati sumus opera, Kantius planius Humii philosophiam perspicit quam quivis alius tunc rationalis disciplinæ alumnus, Humiique sententias suas facere et suæ ipsius doctrinæ primum (annis 1755-60) omnino dogmaticæ, tum (annis 1760-66) vere empiricæ accommodare conatus est.

Neque nos fugit Humii nomen a Kantio non ante annum 1765 laudatum esse, neque vero id demonstrationem nostram labefactare potest.

Primum enim illius temporis scriptores minime solebant, sicut apud posteros usu venit, attenta cura superiores auctores

(1) Paulsen.

ad verbum laudare, imprimis cum eos tam libere, tam parum servili modo quam Kantius ipse imitabantur. Tum vero, quod philosophus quispiam superiorum philosophorum nomina omisit, id profecto nullo tempore documento fuit eumdem nihil ab eis mutuatum esse, quanquam non in animo nobis est Kantii probatam fidem infitiari, nec ullo modo suspicamur eum, quod Humio debebat, celare voluisse; quam suspicionem a mente nostra omnino amovent illæ singulares laudes quibus Humium in *Prolegomenis* et in *Critica rationis puræ* extollit. Nos quidem arbitramur Kantii mentem gradatim et, sicut fieri solet, haud plena conscientia Humii opinionibus captam esse, cum autem postea (post annum 1772) plane compertum haberet quantum ex Humii studio profecisset, gratissimum ejus animum non potuisse non illum « sagacissimum » philosophum permultis locis citare laudibusque ornare quasi gratiam jamdudum debitam tandem persolvere vellet.

Itaque, ut argumenta omnia breviter adstringamus, quamvis acriter disputent commentatores, ex examinatis Kantii operibus ante annum 1766 non nescio quam claudicantem conjecturam, sed certissima hæc facta elicuimus :

Philosophus quidam (Kantium dico), anno 1755 intus et in cute dogmaticus est, eique *sola ratio* ad parandam cognitionem valet. Idem anno 1766 dogmaticum exuit et adeo in contrarias partes transit ut *sola experientia* ad parandam cognitionem ei valere videatur. Ad id longum iter perficiendum quasi viatico quodam, notione causæ, usus est.

Alius philosophus (Humium dico), dissertationes scripsit in quibus, una ex parte *experientia* cognitionis fons unicus appellatur et dictitatur, altera ex parte *notio causæ* non modo, ut adhuc mos erat inter philosophos, in ceteris ejusdem generis notionibus commemoratur, sed multo altius accuratiusque quam a quolibet superiorum philosophorum ita examinatur ut illa totum librum intus alere videatur. Sed philosophis ambobus non satis fuit ad easdem quæstiones eadem via accessisse eodemque modo ac pæne iisdem verbis eas resolvisse. Id ipsum quod in suis « Essays » Humius a posterioribus philosophis fieri vult, nempe ut illi « animi geographiæ » studeant qua fines humanæ intellegentiæ accurate definiantur, Kantius unus inter posteros suis operibus tentat atque efficit. Tota enim « rationis puræ critica »

ad hanc difficilem gravissimamque simul cognitionis humanæ descriptionem tendit ad quam Humius tam multis vehementibusque hortationibus philosophorum mentem advertere conatus erat. Ergo argumentatio nostra ad hanc cum novam tum firmam et constitutam conclusionem adducitur Kantium reipsa ab Humii « Essays » annis 1760-1766 e dogmatico somno excitatum esse, ita vero ut *non tantum empiricus,* sed etiam, quamcumque postea viam iturus erat, *criticus* tunc evaderet.

VIII

Qua via Kantius Leibnitzio duce ad dogmaticam philosophiam redierit.

Haud nobis in animo est auctores omnes quos Kantius annis 1766-81 legit et quorum vestigiis institit recensere neque Kantianæ mentis ante *criticam* ætatem tam numerosas mutationes ambagesque singulas narrare. Attamen aliquot annis postquam Kantius seriem illam quasi *empiricorum* operum edidit, nobis dissertatio quædam occurit quam, etsi alio ac Humio duce scripta est, breviter inspicere ad propositum nostrum permagni intererit. Haud dubium est quin Kantius, imprimis Leibnitzio auctore, cujus opus *(Nouveaux Essais),* anno 1765, editum fuerat, hanc dissertationem anno 1770 composuerit. Ad quod demonstrandum hæc gravissima Kantii decreta protulisse satis erit : « Patet sensitive cogitata esse rerum repræsentationes uti apparent, intellectualia autem sicuti sunt..... Lex quædam menti insita est..... Ut varia objecti sensum efficientia in totum aliquod coalescant, opus est interno mentis principio per quod varia illa secundum stabiles et innatas leges speciem quamdam induant (Hart. III, 132).

Quæ omnia profecto tam Humio contraria quam Leibnitzio consentanea videntur. Cum Humio quidem sentit dissertationis auctor, cum conceptus ullos ex experientia oriri negat; sed ab eodem longe discrepat quod Humius eos conceptus rejiciendos esse, Kantius vero, ut intellectuales, ad veram rerum notionem solos valere concludit. Hanc tam dogmaticam sententiam tamque vehementer cum illis quæ Kantius ipse adhuc scripserat repugnantem, quis dubitat quin a Leibnitzio mutuatus fuerit, quippe

qui in suo proximo opere innatis ideis potiusve idearum innatæ facultati essentiarum notionem tribuisset. Manifestum illum ad quædam dogmaticæ philosophiæ præcepta regressum copiose explicare nostra non interest; jam ostendimus quid Kantius *ante* eam dissertationem ab Humio mutuatus sit, nunc nobis propositum est quid Humio *post* eam debeat declarare eaque ad id unum utemur ut accurate definiamus quid Kantius in componenda *Rationis puræ critica* Humio jure adscribere debuerit.

IX

Kantium Criticam rationis puræ molitum esse Humii « Tractatu » magnopere adjuvante (1772).

Primum omnium conemur in claram lucem proferre quibus locis *Critica Rationis puræ* cum *Dissertatione* consonet et quibus discrepet. Quod si in Dissertatione tantummodo res summas attigeris, quatuor hæc maximi momenti decreta animum tuum in se convertent :

I. — Tempus spatiumque non ideæ generales sunt sed principia formalia mundi sensibilis (*Ibid.*, 146).

II. — Bina cognitionis sensitivæ principia sunt intuitus puri (p. 146).

III. — Principium formæ mundi sensibilis est quod continet rationem nexus universalis omnium, quatenus sunt phænomena (p. 138), nam principium formale nostri intuitus est mera conditio sub qua aliquid sensuum nostrorum objectum esse potest (136).

IV. — Ideo *Noumenon* non concipiendum est per repræsentationes a sensationibus depromptas. Objectum quod nihil continet, nisi per intellegentiam cognoscendum, est intellegibile, quod scholis *Noumenon* audiebat (p. 131).

Ex quatuor illis *Dissertationis* dogmatibus tria Kantius in *Criticam rationis puræ* transtulit, quartum autem (intellectualia sunt rerum repræsentationes sicuti sunt) in contrarium vertit (intellectualia sunt rerum repræsentationes, non sicuti sunt, sed uti apparent). In illa igitur *dogmaticæ* sententiæ in *criticam* mutatione præsertim consistit longus ille durusque labor cui scimus Kantium ex anno 1770 ad annum 1781 deditum fuisse. Cujus temporis studia quam ardentia fuerint testatur et quo

spectaverint explanat inclyta illa Kantii ad Herzium data epistola (anno 1772). Ex ea discimus Kantium huic gravissimæ et difficillimæ quæstioni tota mente incubuisse : qui fit ut, cum intellectuales conceptus ex sola humanæ mentis indole oriantur, res tamen externæ cum eis necessario conveniant?

Notum est quomodo *Critica* hanc quæstionem rerum externarum resolutura sit : *ex mundo externo* id tantum novimus quod intellegentiæ apparet. Hanc vero criticam conclusionem oppositam esse ostendimus huic quartæ Dissertationis dogmaticæ sententiæ quam supra enuntiavimus. Quis igitur Kantium adduxit ut tam longum iter iret et quasi decurso spatio a calce ad carceres reverteretur? Ad novam hanc mutationem explanandam Humius iterum proferendus esse nobis videtur. At Kantium quam maxime verisimile est Humii non tam opus quod « Essays » vocatur, quam « Treatrise » eo tempore (annis 1772-1781) diligenter legisse; quod plane demonstrare operæ pretium est.

Humii Tractatum, cum anno 1772 *Beattie* in linguam germanicam transtulisset, Kantius paulo post epistolam ad Herzium in manibus habebat, nec, ut nobis videtur, potuit non legere, quippe qui totam aciem ingenii tunc ad illas de humana cognitione quæstiones intenderet ad quas ponendas solvendasque jam Humio duce adeo usus erat ut non minora adjumenta a Tractatu sibi speranda essent. Hanc ætatem (circa annum 1772 quo Tractatus translatus fuit) Kantius respexisse videtur cum in Prolegomenis scriberet : « Ich war weit entfernt, ihm (Humio) in Ansehung seiner Folgerungen Gehör zu geben... » (Hart. III, 170). Etenim ante Dissertationem Humii doctrinæ aures præbebat nec ab empiricis ejus consequentiis deterrebatur ; post vero Dissertationem ab empiricorum doctrina et consequentiis, utpote rationalis philosophiæ studiosus, valde abhorrebat (weit entfernt).

Sed ad graviora argumenta veniamus quæ non modo Kantium Humii imprimis Tractatum tunc legisse arguent, sed etiam, quod maximi refert, nos certiores facient quid Humio frugiferis illis annis debuerit quibus *Criticam rationis puræ* tanto labore moliebatur.

Si quis Humii bina opera attente comparaverit, facile apparebit causam quidem vel rerum connexionem, ut ait auctor ipse, in utroque tractari et diligentissime enucleari ; in explananda vero causa ambo opera ita discrepant ut in « Essays » sola notio

causæ, in « Tractatu » autem non modo notio causæ sed etiam principium causale accurate perpendeatur. (1).

Neque vero contendimus principium causale ab « Essays » omnino abesse cum nos non fugiat totam de Libertate et Necessitate Humii dissertationem e constantia naturalium legum pendere ipsumque causale principium passim enuntiatum esse; hoc autem non ab eo examinatur et perpenditur, sed tantummodo profertur tanquam veritas quædam ab omnibus comprobata; nec Kantius, « Essays » annis 1755-1760 legens, veritatem illam in dubium vertebat, neque ei quod Humius de ea profitebatur novum inauditumve videri poterat. Una Humii disputatio de causæ *notione* Kantio nova videri poterat, una illum ad novarum viarum indagationem impellere debebat et reipsa impulit. Hæc est in Humii « Essays » quasi propria et gravissima disputatio : Qui fit ut ex notione quadam (causa) ad alteram (effectum) transeamus quæ minime in superiore, principio contradictionis, involvitur? Ad quod Humius ita respondit ut numerosa judicia, quum ex experientia oriri demonstravisset, principio contradictionis quasi detraxerit.

Nunc ad *Criticam rationis puræ* animos vertamus : duo quæstiones, si minus omnino contrariæ, at natura distinctæ in Critica tractantur, licetque desiderare Kantium non separatim eos per scrutatum esse, sed multis locis confusius permiscuisse. Quas, ut kantiano sermone utar, ita distinguam :

I. — Quomodo experientia est possibilis?

II. — Quomodo judicia synthetica a priori sunt possibilia?

Nostra opinione Kantius jam annis 1755-1760 ex Humii « Essays » sumpsit unde unam quæstionem (quomodo experientia est possibilis?) partim solveret. Etenim ex illis Humii judiciis (matter of facts) quæ supra explicavimus evaserunt Kantii *synthetica* judicia quibus solis experientia possibilis fit. Ut vero alteram solvere posset Criticæ quæstionem (quomodo synthetica judicia a priori sunt possibilia?) Kantium Humii *Tractatu* adjutum esse jam demonstraturi sumus.

(1) De ea amborum Humii operum distinctione primus instituit doctor Vaihinger (*Commentar zur Kants Kritik der reinen Vernunft*, 1881), vir acerrimi ingenii et, id quod Kantianæ philosophiæ tam multis in doctoris Vaihinger patria commentatoribus non solenne est, clarissimæ elegantissimæque simul orationis.

X

Quid in hac gravissima quæstione : « Quomodo sunt synthetica judicia a priori possibilia? » Kantius Humio debuerit, quibus in rebus ab eodem discesserit.

Neminem fugit synthetica illa judicia a priori Kantio tanti esse ut « totum problema rationis puræ » in eis explanandis contineri existimet. (Die eigentliche Aufgabe der reinen Vernunft ist nun in der Frage enthalten : wie sind synthetische Urtheile à priori möglich? (K. d. r. V., 49). Hoc est unum præcipuumque ex illis judiciis quæ ad parandam cognitionem pertinent : quidquid evenit causam habet (alles was geschieht hat eine Ursache. *Ib.*, 281). Hic agitur jamnon de *notione* causæ sed de *universali principio* causalitatis, quod in hoc laudato loco a mero conceptu aperte distinguitur (Dass, alles was geschieht eine Ursache habe, kann gar nicht aus *dem Begriffe* dessen was überhaupt geschieht, geschlossen werden. *Ibid.*, 281).

Quomodo talia judicia possibilia sunt? Hanc ad quæstionem Kantius ipse Rationis puræ « totum problema » redigit. Ad eam vero solvendam nil aliud Kantium juvabat nisi « nutus quidam a Humio datus » (Diese Prolegomena werden dahin bringen, einzusehen, dass es eine ganz neue Wissenschaftsei, von welcher Niemand auch nur den Gedanken vorher gefasst hatte, wovon selbst die blosse Idee unbekannt war, und wozu von allem bisher gegebenen nichts genutzt werden konnte, als allein *der Wink, den Hume's Zweifel geben konnten.* (Hart., *Prolegomena,* III, 173).

Kantium enim tam parum præterit quanta adjumenta ab Humio acceperit, ut omnem Criticam profiteatur nihil aliud esse nisi solutionem « problematis » quod ab Humio positum sit. (Die Ausführüng des Humischen Problems, nämlich die Kritik der reinen Vernunft. *Ibid.,* 172).

Nunc vero auxilium illud quod Kantius ab Humio petebat, non opere quod « Essays » vocatur, sed « Tractatu » modo præberi poterat, in quo generale principium causalitatis excutie-

(1) *Treatrise of human Nature of the Understanding*, Part. III, Sect. III, 368, edited by Green and Grose. London, 1874. Trad. Renouvier, p. 112.

batur. Tractatùs auctor quæstionem, quæ ad causam attinet, in tres quæstiunculas accurate dividit: quarum una ad notionem causæ, altera ad principium causalitatis, tertia ad usus quosdam reales hujus abstracti principii spectat.

Dum in principio causalitatis insistit illud explanat neque intuitu, neque logica demonstratione certum fieri (The true state of the question is, whether every object, wich beginns to exist, must owe its existence to a cause; and this I assert neither to be intuitively nor demonstratively certain, and hope to have prov'd sufficiently by the foregoing arguments).

Cum autem experientiæ et *uni mentis consuetudini* hoc principium se debere contendat, nihil ab Humii conclusione longius abest quam ut concedat hujus principii opera res sicuti sunt, cognosci posse. Quid autem aliud Kantium prohibet difficultates in epistola ad Herzium enumeratas expedire, nisi hæc dogmatica opinio intellegentiam ex principiis suis res, sicuti sunt, cognoscere posse? Si enim id quod de sensibus in Dissertatione dixerat (sensus cognoscunt res uti apparent) de intellegentia quoque dicere ausus esset, jam solutus erat nodus, nec ei opus erat Humii illo nutu (Wink). Sed his annis (1770-73) Kantio nihil magis inenodabile, nihil inexplicabilius videbatur quam ille rerum et intellegentiæ eo admirabilior concentus quod inter internum externumque mundum deerat omne mutationis commercium.

Ex Kantii enim opinione mens principia sua, utpote innata, minime ex experientia extrahebat, ideoque una ex parte mundus internus ab externo nihil sumebat; neque intellegentia sensuum instar rebus leges dare dicebatur, ideoque altera ex parte mundus externus ab interno nihil sumebat, ita ut miro et inexplicabili concursu uterque consentire videretur.

Tum vero Kantius Humii Tractatum (post annum 1773) perlegit quo libro alta illa fossa quæ videbatur superari non posse inter utrumque mundum, complebatur cum intellegentiam leges suas, sive sunt justæ sive arbitrariæ, rebus imponere doceretur. Itaque ex Humii opinione mens humana res cognoscit non uti sunt, sed uti ipsa est, ex mundo externo capit non quod est sed quod tantum apparet. Ubi Kantius in hanc Humii sententiam pedibus ivit, is factus est qui perobscura illa cognitionis humanæ arcana detegeret et Criticam rationis puræ aggrederetur.

Reliquum est ut accurate definiamus quibus rebus Criticæ auctor cum Tractatûs auctore consentiat, quibus discrepet. Humius contendit principium causalitatis neque e rebus experientia observatis neque ex ideis explicatis abstrahi; quod Kantius comprobat. Humius existimat mentem humanam, hoc principio usam, res cognoscere non uti sunt sed uti esse videntur; id quod confirmat Kantius. Humius igitur Kantiusque congruunt de negandis quibusdam dogmaticæ philosophiæ decretis, ita ut Criticismi pater, prout empiricus est, Humii sententias sequatur. Ab Humio autem discedit quod una ex parte latiorem et magis constrictam disciplinam molitur, altera ex parte Rationis causam contra Empiricos ipsos dicere conatur. Quod ad completiorem disciplinam attinet, Kantius primum omnium Humii problema ita extendit (Ausführung des Hume'schen Problems in seiner möglich grössten Erweiterung), ut non modo principium causalitatis sed omnia cognitionis humanæ principia minime ab experientia oriri comprobet et ea in justos ordines distribuere suscipiat.

Quod ad rationales Criticismi sententias spectat, cum Humius causalitatis principium mentis humanæ meram consuetudinem vanumque errorem existimet, Kantius omnia hujus generis principia ex experientiæ finibus expulsa in tuto collocare tentat legitimamque eis originem vindicat, cum ex ratione pura illa orta esse demonstret.

Sed ea principia a priori tantummodo ea lege admittenda sunt et ad veram cognitionem comparandam valent ut per illa res non uti sunt sed uti apparent, non Noumena sed phænomena capere velimus. Illa, quæ Humium fugit distinctione inter noumena phænomenaque, Kantius putat principiis a priori suam dignitatem suaque jura restituisse; hoc enim verbo phænomenorum non significari vult nescio quam fictam vanamque rerum imaginem; nam phænomena dum capimus, res cognovimus non modo ut apparent sed etiam, si verbo uti licet, ut apparere debent, quoniam mens humana rebus leges suas, principia scilicet, imponit. In epistola ad Herzium hæc aiebat Kantius : « Ich frug mich selbst : auf welchem Grund beruht die Beziehung desjenigen, was man in uns Vorstellung nennt, auf den Gegenstand? Enthält die Vorstellung nur die Art, wie das Subject von dem Gegenstande afficirt wird, so ist's leicht anzusehen, wie er

diesem als eine Wirkung seiner Ursache gemäss sey und wie diese Bestimmung unseres Gemüths etwas vorstellen, d. i. einen Gegenstand haben könne. Die Passion oder sinnliche Vorstellungen haben also eine begreifliche Beziehung auf Gegenstände, und die Grundsätze, welche aus der Natur unserer Seele entlehnt werden, haben eine begreifliche Gültigkeit für alle Dinge, in sofern sie Gegenstände der Sinne seyn sollten. Eben so : wenn das, was in uns Vorstellung heisst, in Ansehung des Objects actio wäre, d. i. wenn dadurch selbst der Gegenstand hervorgebracht würde, wie man sich die göttlichen Erkenntnisse als die Urbilder der Sachen vorstellt, so würde auch die Conformität derselben mit den Objecten verstanden werden können. Es ist also die Möglichkeit sowohl des *intellectus archetypi,* auf dessen Anschauung die Sachen selbst sich gründen, als des *intellectus ectypi,* der die Data seiner logischen Behandlungen aus der sinnlichen Anschauung der Sachen schöpft, zum wenigsten verständlich. » (*Kant's Briefe herausgeg. von Schubert.* Leipzig, 1842, p. 25, Königsb. d. 21 Februar, 1772.)

Epistola ad Herzium.

« Quærebam qua ratione ea, quam vocant « repræsentationem » ad rem ipsam pertineret. Si repræsentatione nihil aliud nobis declaratur nisi qua ratione mens nostra rebus externis afficiatur, facile intellegitur fieri posse ut eis accommodata sit, cum ex eis oriatur et is affectus animi nostri aliquid repræsentet, i. e., objectum habeat. Passio sive sensuum repræsentationes igitur ad res ipsas pertinere videntur atque ea principia quæ ex ipsa natura animi nostri hauriuntur ad omnes res pertinere intellegimus quotiescumque illæ objecta sensuum sunt. Pariter si illud quod in nobis repræsentatio dicitur erga objectum actio esset, id est si eo modo objectum ipsum expromeretur (quemadmodum divinas cognitiones primordiales imagines rerum esse arbitramur) tum congruentia eorum cum objectis intellegi posset. Ergo ut intellectus archetypus ex cujus intuitu res ipsæ pendent ita intellectus ectypus qui « data » logicæ suæ activitatis ex intuitu sensitivo rerum haurit, exsistere posse intellegitur. »

En ille intellectus archetypus, humanus scilicet, qui, dum ad phænomena attendit, ea talia capit qualia fecit ipse et facere debebat.

CONCLUSIO

Summam hujus operis evolventi videbitur Kantius quatuor diversas philosophandi vias ante iniisse quam in Criticismo sicuti in arce constitit.

I. — Ab anno 1755 ad annum 1760 plane *dogmaticus* est, Wolfianam disciplinam amplexus.

II. — Ab anno 1760 dogmatismum ita respuit ut, humiano opere « Essays » propulsus seriem operum *empiricorum* conscripserit. In quibus præcipue animadvertenda est ejus sententia de *judiciis haud demonstrabilibus* quam ab Humio mutuatus est, quaque ductus ab *oppositione logica realem* discrevit; hanc autem realem dixit cui reale fundamentum (Realgrund) subest, eaque est *causa* . Cum autem a ratione sola notionem causæ non præbendam esse, sed ex experientia sumendam censeat, Kantius magis magis fit *empiricus*.

III. — Sed anno 1765 editis Leibnitzii « *Nouveaux Essais* », timens, ut ipse dictitat, quæ scepticismum Humii sequerentur pericula, *dogmaticas* Leibnitzii opiniones amplectitur ita ut eo auctore intellegentiam putet ex innatis legibus res ut sunt cognoscere (Dissertatio 1770).

IV. — In Critica autem (1781) mutata Kantii sententia intellegentia res cognoscit *ut apparent,* idque præcipue inter Dissertationem et Criticam interest. Sententiam meo quidem judicio Kantius mutavit quod alterum Humii opus « Treatrise » legit germanice a Beattie anno 1772 translatum. Ita Humii sententiæ *iterum* sententias Kantii mutaverunt.

In universum æstimanti duæ in Critica quæstiones insunt:

1. — Quomodo est experientia possibilis?

2. — Quomodo judicia synthetica a priori sunt possibilia?

Ex « Essays » sumit Kantius unde priorem quæstionem solvat : Humiana doctrina (Matter of facts) transit in judicia synthetica *a posteriori* quibus experientia constat; ex « Treatrise », unde posteriorem solvat, quæ gravissima est in Critica rationis puræ. Totum autem opus arbitratur Kantius ex hoc pendere ut « problema humianum solvatur. »

Quamvis autem unum idemque sit problema, id Kantius latius tractat (erweitert). Humius enim putat principium causalitatis ex mente non ex rebus oriri; Kantii autem sententia non solum principium causalitatis sed principium substantiale ceteraque ejusdem indolis principia hanc originem habent. « Humius *censuræ* subjicit *aliquot* principia intellectus nec ipsius *totam* potestatem libra *criticæ* perpendit. » (1).

Hoc autem maxime differunt quod idem problema dissimili modo solvunt. Etenim Humio quidem principium causalitatis nihil aliud est ac mera mentis consuetudo. « Ita vertit principium affinitatis, quod in intellectu sedet et juncturam sententiarum significat, in legem associationis...; » (2) Kantio autem idem principium lex mentis est legitima, quippe necessaria. Inde puras intellectus notiones in veram originem vindicat (3).

Humio in summam Kantius usus est velut « monitore et præmonstratore ad sanam intellectus rationisque ipsius criticam » (der Zuchtmeister (Humius) des dogmatischen Vernünftlers auf eine gesunde Kritik des Verstandes und der Vernunft selbst. K. d. r. V. — 576).

Si quis igitur Kantii diversas disciplinas comparaverit eos ita inter se differre comperiet ut sequitur :

1. — *Dogmatismus* tentat « in altum indagationum mysticarum provehi » (Dissertatio).

2. — *Scepticismus* (Humianus) tracta in littus nave in tuto quiescit (sein Schiff, um es in Sicherheit zu bringen, auf den Strand setzte. — *Proleg.*, Vorrede).

(1) « Da er einige Grundsätze des Verstandes unter Censur bringt, ohne diesen Verstand in Ansehung seines ganzen Vermögens auf die Probierwage der Kritik zu bringen. » (*K. d. R. V.*, 575).

(2) Dadurch machte er aber aus einem Princip der Affinität, welches im Verstande seinen Sitz hat, und nothwendige Verknüpfung aussagt, eine Regel der Association. (*Id.*, 575).

(3) « Rettet den reinen Verstandesbegriffen ihren Ursprung ». (*Proleg.*, § 30).

3. — *Criticismus* « littus legit cognitionum necessariarum certissimarumque per intellectus nostri indolem » (Dissertatio).

Ita Criticismus, præstantior et Dogmatismo et Scepticismo, « inter utrumque scopulum fausto auspice rationem transvehere tentat et ei fines imponere » (in hoc diversus a Dogmatismo), « eique nihilominus campum permittere in quo vim legitimam expandere integram possit » (quod Humius omiserat). « Wir sind jetzt im Begriffe einen Versuch zu machen, ob man nicht die menschliche Vernunft zwischen diesen beiden Klippen glücklich durchbringen, ihr bestimmte Grenzen anweisen, und dennoch das ganze Feld ihrer zweckmässigen Thätigkeit für sie geöffnet erhalten könne. » (K. d. r. V. 126.)

Hoc igitur quod altera ex parte a Dogmatismo, ex altera ab Empirismo vel Scepticismo Humii diversus est, inter omnes philosophandi modos maxime est conspicuus ille « novus ordo rerum » (1) qui dictus est Criticismus.

(1) Jenaer Allgemeine Zeitung von 1781.

Vidi ac perlegi,

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. XI Kal. Mart. ann. MDCCCLXXXIII.

Facultatis Litterarum
in Academia Parisiensi Decanus,
A. HIMLY.

Typis mandetur.

Academiæ Parisiensis Rector,
GRÉARD.

INDEX

Burdigalæ, ex typis G. GOUNOUILHOU, via dicta Guiraude, 11.